



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

2. Maternitas Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

habet erga eam: ergò deuotio erga B. Virginem  
genum prædestinationis nostræ.

*Secundum Priuilegium.*

**Maternitas Dei.**

- I. *Maria vera Mater Dei.*
- II. *Mater naturalis.*
- III. *Mater digna.*
- IV. *Virgo & Mater.*
- V. *Causa instrumentaria vnionis personæ*
- VI. *Maria non Dei para solum, sed Dei para*  
*non in se, sed in Christo.*
- VII. *Non solum Deifica in Christo, sed*  
*ipso honorata pro superioritate*
- VIII. *Maria affinis & Consanguinea Dei.*
- IX. *Comparentalis Deo Patri.*
- X. *Hospitium sanctissimæ Trinitatis.*

**Declaratio.**

I.

*Maria vera Mater Dei.*

*Conc. Eph.*  
*Can. 1.*  
*Tom. 1.*  
*Conc. 17.*  
*3. p. 9. 35.*  
*art. 4.*

**E**st ueritas Fidei definita in Concilio Ephesano  
nimirum, *Dei para, Dei genitrix, Mater Dei.*  
Et Ratio, secundum Doctorem Angelicum,  
concepit & peperit hominem Christum, qui  
Deus per hypostaticam Verbi vnionem.



II.

Mater naturalis

Quia conceptio Christi est naturalis, quantum ad 3 p. q. 33. a. substantiam, cum pro materia habuerit naturalem Virginis sanguinem; sed est miraculosa quod ad modum, quia a virtute Spiritus sancti contigit: quemadmodum (& est exemplum S. Thomae) potentia visiva miraculose restituta caeco naturalis est, quod ad substantiam; Supernaturalis vero quo ad modum.

Ex hac connaturalitate colligit S. Bernardus, sanctissimam Virginem necessario eleuandam fuisse ad aequalitatem quandam Diuinam per quandam quasi infinitatem perfectionum & gratiarum, & hoc apportat exemplum sicuti ferrum, ut fiat causa naturalis alterius ignis, necesse est, & ipsum fiat ignis seu ignitum, ita beatissima Virgo necessario fieri debuit, quasi Diuina, ut esset causa naturalis Filii Diuini, Filii Dei.

S. Bern.  
Tom. 1.  
Conc. 61. &  
1. cap. 12.

ONST  
DERST  
...  
O.V.

III.

Mater digna.

Privilegium est ac titulus, quae ei attribuit S. Ecclesia: *Eccles. in Tula fuisse digna portare Regem caelorum & Dominum, offic. de quo titulo veluti compendio Sanct. Ambrosius Concept. comprehendit caeteras omnes Virginis gratias: Quid & Natiuitatem in singulis moror, digna fuit, & hoc sufficit, S. Ambros. nec aliud dicendum occurrit, ex qua filius Dei lib. 2. de uenerat. Et secundum Sanct. Bonauenturam id de offic. intelligitur de dignitate congruitatis, non condignitatis, quia dispositio gratiae, cum sit inferioris ordinis, condigna esse nequit & aequalis dignitati Maternitatis spectantis ad ordinem superiorem vnionis hypostaticae.*

IV. Virg.



## IV:

*Virgo & Mater.*

Origen.  
Hom. 1. ex  
10. tom. 3.

Quia Filius eius *Deus est, & Homo*: nec potest  
uti argumentantur sacri Doctores, talis Filius, nec  
*Deus & Homo* aliam habere Matrem, quam  
*Mater & Virgo est*; nec talis Mater alium poterat  
filium nisi eum, qui *Deus Homo* erat: Vnde  
Origenes, *O digna digni, immaculata sancti,*  
*unica unici*, dignissima Mater dignissimi Filii,  
immaculata Filii sanctissimi, & sicut est vna de  
Filius absque alio simili, ita est vna & unica Mater  
que pari.

## V.

*Causa instrumentalis unionis hypostaticae  
seu personalis.*

Elych tom.  
7 BB. PP.  
Homel. 2.  
de B. V.  
Suarez.  
tom. 1. disp.  
10. sect. 1.  
Conc. To-  
let.

Etenim, quamvis hoc privilegium non foret  
rius B. Virgini, ad hoc, ut esset vera Mater Christi  
ominus attribuitur ei ad maiorem excellentiam  
dum Elychium, vnde Virginem sanctissimam  
*Instrumentum Incarnationis*, quia non concurrens  
xat tanquam instrumentum Spiritus sancti ad forma-  
nem corporis Christi, verum etiam ad producendum  
unionis personalis, neque contra hoc facit  
Tolerantiam asserendo: *Unio hypostatica soli Deo*  
*da est*, id enim solum intelligendum est, unio  
staticam tribuendam esse soli Deo, tanquam  
cipali, cum quo simul stat, quod Virgo concurrens  
lum tanquam instrumentum.

## VI.

*Maria non Deipara duntaxat, sed etiam  
fica, non in se, sed in Christo.*  
Esse Deificam in Christo est privilegium Virgini



Primum, pars enim substantia Virginis effecta est corpus Christi, quod Verbo hypostaticè unitum est. Quamobrem, iuxta S. Bernardinum, pars carnis & sanguinis Virginis assumpta est à Verbo, non in Virgine; sed in Christo, ut dictum est. Et in hac veritate fundati Doctores sacri Matrem sanctissimam vocant Deificam, nempe Deum factam in Christo, imò Carthusianus non duoties eam appellat Deificam & Diuinam, verum etiam Deificatissimam & Diuinissimam & Nazianzenus, Deum habitam. Præ reliquis verò Gerson ei attribuit ipsum et nomen Deæ: O Amatricè & amatam Deam nostram, quod intelligendum est eo in sensu, quo Psalmista de personis in excellenti sanctitatis gradu constitutis loquitur dicens: Ego dixi Diis estis, & filii excelsi omnes, nempe exaltati super communem statum hominum.

S. Bern. à-  
pud Car-  
thuf. c. 3.  
art. 15. de  
B. V.  
Carthuf.  
lib. 1. art.  
16. & c. lib.  
2. art. 7. de  
B. V.  
Nazianz.  
in Tragœ-  
dia.  
Gerson.  
tom. 2. ser.  
de S. Bern.

VII.

Non solum Deifica in Christo, verum etiam ab ipso honorata pro Superioritatis respectu.

Sanctissima Mater honorata fuit à Christo, quasi Superior, veluti loquuntur sacri Doctores: vnde secundum S. Bernardinum, quemadmodum hæc propositio veræ: Diuino imperio omnia famulantur & Virgo; ita & hæc alia verò conformis est: Virginis imperio omnia famulantur & Deus. Ratio est, quia aliqua superioritas est proprietatis necessariò connexa cum Maternitate, licet subiectio cum filiatione, & sicut Diuinitas non impedit, quò minus Christus sit filius; ita neque impedit, quò minus se tractari permittet tanquam subiectum & subditum, iuxta Diuinum Oraculū: Et erat subditus illi. Quapropter S. Petrus Damianus rogat B. Virginem dicens: Ora pro nobis Patrem & iube natum.

Tom. 1. ser.  
16. a. 1. c. 6.  
Pet. Da-  
mia. de  
Nat. B. V.

VIII.

Maria affinis & Consanguinea Dei.

Quia fuit consanguinea & in primo gradu parentelæ

Omnis  
Deus  
est  
in  
Christo



cum Christo in quantum homo est, & affinis & in  
gradu affinitatis cum Christo in quantum Deus  
uti asserit & contestatur Caietanus, cum ait: *Ma-*  
*tas Virginis fundauit affinitatem cum Deo, quod*  
*q. 10. a. 24. Diuinitatis propria operatione ac naturali utroque*  
concepit ac peperit hominem illum, qui erat Deus.

## IX.

## Comparentalis Patri.

*Carthus.* Hunc titulum & priuilegium ei attribuit. *Car-*  
*de B. V. art.* nus: *Mater Filii Dei, inquit, est comparentalis Deo*  
*9.* scilicet, eundem filium cum Deo habet. loquitur  
*Orig. in* nes explanat exemplo vocis: Sicut verbum *9. VI.*  
*Matth.* non diuiditur in audientibus, sed totum est in *7. VII.*  
*Hom. 1.* Verbum unigenitum ubique totum est, & in *VI.*  
terra & apud Patrem & in Virgine, & in partu  
uiditur; ergo cum fundamento affirmari potest  
etissimam Virginem esse comparentalem Patri.

## X.

## Hospitium sanctissime Trinitatis.

*Efychius* Postquam Efychius Hierosolymitanus in *Q*  
*Hom. 2. de* tione Beatissimæ Virginis cum arca Noë *VI.*  
*B. V. BB.* multas ac varias prerogatiuas illius tanquam *Di. 9.*  
*PP.* quæ excellentiori modo competeabant Virginitati *fulser.*  
*Isido. apud* figurato, concludit dicens: Illa, nimirum, *tura D.*  
*Carthus.* tres conignationis & mansiones habebat. Hac *poie d.*  
*de B. V.* uersam Trinitatis plenitudinem: quandoquidem *gunt.*  
trinitas sanctus adueniebat atque hospitabatur, & *non ra.*  
umbrabat, & Filius utero gestatus inhabitabat. *& sub.*  
idem significare voluit Archangelus Gabriel *nome.*  
dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, ecce Spiritus *E*  
cum; & virtus altissimi obumbrabit tibi, ecce *maxim.*  
& quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. *termin.*  
Filius, qui nouem mensium spatio in utero eius *ergo h.*  
in corporaliter habitauit. *malico.*